

las, cum & temerarium fuerit hujusmodi juramentum, & adulterium utriusque sit commissum.

In antiq. Januensi.

Cap. 11. eod. tit. in 111. Compil. Vide Mag. & Doct. P. sacramento.

Vide l. pen. de cond. ob. tur. conf. in D. & l. si pluri per Bart. de verb. obligat.

Ivrit. 18. Matth. 18.

Matth. 18. Luc. 17.

Cap. 13. eod. tit. in 111. Compil.

Vide B. Thom. 2. q. 89. art. 2. & Sot. lib. 8. de just. & iure, q. 1. art. 2. Matth. 5.

An testis jurans per S. Jacobum, vel alium, deponat. in l. testium, C. de testibus.

Jacob. 5. quoniam ad jurandum &c.

XXV. IDEM Genuen. Archiepiscopo. [c. an. 1207. Româ in Galliam.]

Is qui juravit cum muliere contrahere, propter supervenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest: propter precedentem, non. Hoc dicit.

Quemadmodum si vir mulieri jurasset quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima uxore teneret: pro fornicatione, quam mulier antea commisset, non posset eam dimittere; sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere potest, non obstante hujusmodi juramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet illa in legem conjugii non peccaret. Ita si quis juraverit se ducturum aliquam in uxorem, non potest ei fornicationem opponere precedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in conjugem; quia in illo juramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit.

Alioquin si post hujusmodi juramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in uxorem, quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem, licite potest uxorem à sua cohabitatione dimittere; longè fortius ante conjugium celebratum propter eandem causam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam, quia turpis ejicitur, quam non admittitur hospes. Non obstante in altero casu vinculo juramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale ut is qui juravit, ad utrumque sine transgressione se possit habere. Quod si post hujusmodi juramentum mulier heret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, vel quicquam ei turpis eveniret; nunquid vir teneretur eam ducere in uxorem? Profecto ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? quamvis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.

Si vir juravit non accipere uxorem, temerarium est juramentum; sed si specialiter de adulterio hoc juravit, denunciare poterit, sed accusare non debet. Illud autem juramentum est proculdubio temerarium, si vir juret uxori, quod eam super nullo crimine accusabit; quia si mulier heret infidelis, & nollet cohabitare viro absque consumelia Creatoris, vel ut illum traheret ad infidelitatis errorem; tunc incunctanter debet illum impetere apud Judicem suum, ut eam nisi penitus respiceret, omnino dimitteret, secundum canonicas sanctiones. Quod si expresse jurasset, quod eam super adulterio non impeteret, esset ne servandum hujusmodi juramentum?

Cum Scriptura testetur quod patronus est turpitudinis, qui celat crimen uxoris, & secundum regulam Evangelii, si primò & secundò correcte respicere nollet, dicendum esset Ecclesie, ut tanquam ethnica & publicana deinde vitaretur, ne per hoc libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. Sed nunquid vir non potest dimittere uxori peccanti non solum septies, sed etiam usque septuagies septies, secundum Evangelicam veritatem? Tutius ergo in hoc casu videretur, ut propter jurisjurandi religionem vir accusare desinat uxorem ad divorcium celebrandum, quamquam denunciare eam possit ad poenitentiam peragendam.

XXVI. IDEM Abbati & Capitulo Castellionis. [c. an. 1206. Româ in Galliam.]

Licite in causa necessaria etiam per Religiosos juratur. Et Christus præcepit secundum Evangelicam veritatem: Sit sermo vester, est est, non non; ut affirmatio vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde; quia tamen hominum excrecente malicia, simpliciter asserzioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiungit: quod amplius est, à malo est; à malo quidem non tam culpæ, quam poenæ; nec exhibentium, sed exigentium juramentum: nam incredulitas hujusmodi magis est poenæ, quam culpa; unde non dixit, malum; sed dixit, à malo: licet enim juramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquam tamen per Creatorem, sed per creaturam jurare prohibuit, ne per hujusmodi juramentum transferretur in creaturam honorificentia Creatoris. Quare cum in Evangelio præmississet, Dico vobis, nolite jurare omnino; statim subiunxit: neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est; neque per Hierosolimam, quia civitas est Regis magni; neque per caput tuum, quia non potes unum capillum facere albam aut nigrum. Et quamvis non sit per creaturam jurandum, si tamen iuret per creaturam, servandum est quidem, dummodo sit licitum quod juratur; quia teste Veritate, qui jurat in caelo, jurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Jacobus quoque non simpliciter prohibet juramentum, sed voluntatem jurandi, cum ait: Ante omnia, fratres mei, nolite jurare, quoniam ad juramentum

tum non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna; & tunc potest sine culpa jurare, dummodo illos tres comites habeat juramentum, de quibus Propheta ait: Et jurabunt, vivit Dominus, in veritate, & iudicio, & iustitia. Quod autem Jacobus subdit, Neque per caelum, neque per terram, neque per quodcumque aliud juramentum; jurare vetat per quamlibet creaturam, quodcumque sit illud; alioquin non dixisset Apostolus: Homines per majorem suum jurant, & omnis controversia eorum ad confirmationem finis est juramentum: in quo patenter ostendit, per quem sit jurandum, cum ait: homines per majorem suum jurant, id est per Deum; & cur sit jurandum, ut videlicet omnis controversia finis sit juramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apoc. Joan. stantem super mare & super terram, levavit manum suam ad caelum, & juravit per viventem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Evangelio, quam est est, non non; cum sapientissime dixerit, Amen dico vobis: quod ipse, secunduam Lucam, exponens cum præmississet, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua; consequenter adiunxit: In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Helie in Israël. Apostolus quoque jurabat cum diceret: Testis est mihi Deus: & iterum: Quotidie morior per gloriam vestram, fratres; quæ Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset jurare, profecto Dominus non jurasset, cum tamen in veteri Testamento legatur, quia juravit Dominus, & non penitebit eum; & non frusturatur, Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: imò & præcepit in veteri Testamento: Redde Deo juramenta tua. Quædam enim prohibentur, quia per se mala sunt, ut furtum, adulterium, & hujusmodi, quæ non sunt aliquatenus facienda. Quædam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequenter & multum, ex his mala sequuntur; ut vitium per se malum non est, & tamen prohibet Apostolus dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quoniam ex frequenti & immoderata potione vini luxuria generatur. Sic & juramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis; sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium saepe contingit, sicut in Ecclesiastico legitur: Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo ejus plaga. Quemadmodum ergo Paulus indulget propter necessitatem discipulo suo Timotheo, ut utatur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates; sic profecto cum necessitas exigit, pro re vera, licita & honesta potest securè jurari, quia cessante causa cessat effectus. Licet ergo debeatis esse viri perfecti, ut quantum potestis juramenti vinculum evitatis, volentes tamen indemnitati vestri Monasterii providere, ne propter defectum testium, sui juris sustineat læsionem, præsentis vobis paginâ indulgemus, quatenus vos & Monasterii vestri Conventus possitis in causis ejusdem, deficientibus aliis testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati.

XXVII. IDEM Episcopo Amelien. [c. an. 1204. Româ in Marchiam.]

Juramentum contra utilitatem Ecclesiasticam prestitum, non tenet. Sicut nostris est auribus intimatum, Ecclesiâ Tudertinâ vacante, ipsius Canonici, & Episcopus cum eis, dum esset in minoribus Ordinibus constitutus, juramenta quædam in damnum Episcopalis juris fecerunt priusquam de Pontificis electione tractatus aliquis haberetur: [Et infra a.] Pro juratione incauta imponi fecimus Episcopo poenitentiam congruentem: [Et infra b.] Quia non juramenta, sed perjuria potius sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur: mandamus, quatenus ab ipsis Canonici inquiras super præmissis diligentius veritatem: & si ea invenieris esse vera, quod in damnum Episcopalis juris repereris taliter attentatum, in statum debitum, appellatione remota, reduces.

XXVIII. IDEM Belvacensi Episcopo. [c. an. 1206. Româ in Galliam.]

Juramentum prestitum super actu à lege infirmato principaliter favore jurantis, licet secundario in favorem publicum, necessario est observandum, si non sit, nec dolo fuit prestitum, & in alterius præjudicium principaliter non redimat. Hoc dicit multum singulariter confideratâ medullâ capituli.

Um contingat interdum, quod constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donatio-

B. Thom. 2. q. 89. art. 3. Hic. 4. Jacob. 5.

Hebr. 6.

Apoc. c. 10.

Luc. 4.

Rom. 1. 1. Cor. 15.

Psal. 109. Epl. 131. Matth. 5. Domino.

Ephes. 5.

Ecl. 23.

1. Timoth. 5.

Vide l. generaliter. C. de Episc. & Cler. & l. si pater. C. de hered. instit.

Cap. 3. tit. in 111. Compil. 1. Cor. 5.

Cap. 3. tit. de consil. in 111. Compil. 111. Vide Guid. Pap. 111.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

milite contra G. de Espinal militem. Alius, pro G. Cofmel contra C. de Espinal militem.

XXXIII. IDEM Colloffen. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis. [c. an. 1220. Româ in Pannoniam.]

Si postus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio, & ipsamet revocare debet non obstante juramento de non revocando, maxime si prius jurat non alienare. Hoc dicit secundum verum intellectum Panormitanus.

Intellecto jamdudum, quod charissimus in Christo filius noster Hungarie Rex illustris, alienationes quasdam fecerit in præjudicium regni sui, & contra Regis honorem. Nos eidem Regi dirigitus scripta nostra, ut alienationes prædictas, non obstante juramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare. Quia cum teneatur & in sua coronatione juraverit regi regi sui, & honorem coronæ alligata servare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum, & propterea penitus non servandum.

XXXIV. GREGORIUS IX. Episcopo Cenomaniensi. [c. an. 1232. Româ in Galliam.]

Si mulier juravit aliquem esse maritum, & succubuit, quia aliter non probavit, non datur nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

Mulieri, quæ in jure præstito juramento asseruit virum talem in ipsam per verba de præsentis matrimonialiter consensisse probationes alias non habenti, viro ab ejus impetitione per sententiam absoluto, nec debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne auctor perjurii videaris; nec hoc ei dicimus prohibendum, ne forte licitum juraverit, matrimonium contingat legitimum impediri, sed fere conscientia est potius relinquenda.

XXXV. IDEM. [c. an. 1232. Româ.]

Qui juravit servare statuta edita, & postea per illud juramentum aliter non jurando promisit servare edenda seu postea edita, non tenetur ex juramento ad noviter edita. Hoc dicit secundum verum intellectum.

Lericus, qui juravit se statuta in Ecclesia sua edita servaturum, promittens per idem juramentum statutum, quod postmodum subsecutum est, fideliter observare. Licet transgredi non deberat, quod promisit, non tenetur ad illius observantiam ex debito præstiti juramenti.

XXXVI. IDEM H. Judici. [c. an. 1232. Româ.]

Juramentum litis decisivum à Judice delatum, sine justa causa recusari non potest; delatum à parte, licite recusat, & referatur, in actione tamen famosa non licet reo referre. Hoc dicit usque ad §. sane.

Juramentum à te parti delatum, nisi justa de causa non potuit reculari. Quamvis, quod in judicio à parte parti desertur, reculari possit licite, ac referri. Nec licet convento famosa actione retere hujusmodi jurjurandum.

Actore nihil probante, reus est absque omni onere absolvendus: si vera præsumptio est pro eo, desertur reo juramentum, vel ipsi actori, consideratis personarum, & causæ circumstantiis. Hoc dicit.

Sanè si actor omnino in probatione defecerit, reus debet, etiam nihil præstiterit, obtinere. Præsumptione vero faciente pro illo, reo deseri potest, ad ostendendam suam innocentiam juramentum, nisi Judex, inspectis personarum & causæ circumstantiis, illud actori videat deferendum.

DE EXCEPTIONIBUS. TITULUS XXV. I. CELESTINUS III. [c. an. 1195. Româ.]

Si testis de crimine contra eum excepto convinctus, vel alias convictus appareat, repellitur à testimonio, sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale.

Denique, quod in dicta & personas testium: [Et infra a.] Si crimina testibus obijciuntur, de quibus non fuerant tactus accusati, sed tantum per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur; cum, sicut canonica instituta declarat, testes absque ulla infamia vel suspitione, vel manifesta macula in ferendo testimonio requiruntur. Quod si sola crimina, de quibus alio tempore convicti vel confessi fuerunt, testibus obijciuntur, à testimonio repelluntur; quia sicut Stephanus Papa & alii Pontifices multi Romani testantur, non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi prius se probaverint innocentes.

Vide l. prohibere. §. quod dicitur. per Bart. ff. quod vis aut clan.

Juramentum non debet deferri ei, quem creditur incursum perjurium. l. 2. C. de ind. civitat. sol.

Vide Bart. in l. 1. ff. de except. Spec. tit. de prop. Saliò. & alii in l. qui accusant. C. de elendo.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. Refert Burch. lib. 1. Dec. c. 164. Sicut Felix, Calixtus & Damasus, quorum refert Burch. de hac re dicta lib. 1. dec. c. 169. 171. & 172.

nibus propter nuptias consentiant, ne ulterius contraveniat proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contravenire nitantur: utrum hoc eis liceat, à nobis tua fr. requiritur. Nos autem fr. t. t. r. quod est mulierum contentus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimam functionem, ne tali tamen prætenu viam contingat perjuris aperire; ne tali tamen prætenu viam hujusmodi juramenta sine vi & dolo sponte præstita, cum in alterius præjudicium non redudent, nec observata vergant in diffidendum salutis æternæ.

XXXIX. IDEM. [c. an. 1206. Româ.]

Movens bellum injustum compellitur restituere qua per violentiam occupavit, & eos absolovere, à quibus indebitè juramenta extorsit. Hoc dicit, usque ad verbi Juramentum.

Sicut: Et infra. Si consiterit, quod prædictus H. injustè bellum moverit contra I. ipsum H. studeatis inducere ut universa per hujusmodi violentiam occupata restituta conquirent, eum à præstito sibi juramento prorsus absolventes. Quod si acquiescere noluerit, ipsum ad hoc, si præmissa veritate nituntur, cogatis per sententiam excommunicationis, terram ejus interdicti sententiæ supponentes.

XXX. IDEM in Concilio generali. [c. an. 1216. Româ.]

Clerici non habentes temporalia à Laicis, non tenentur eis præstare juramenta fidelitatis.

Imis de jure divino quidam Laici usurpare nituntur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis juramenta compellunt. Quia, secundum Apostolum, servus suo domino ita aut cadit, sacri auctoritate Concilii prohibemus, ne tales Clerici perfonis secularibus præstare cogantur hujusmodi juramenta.

XXXI. HONORIUS III. A. & C. 30 Canonico Antiochen. [c. an. 1222. Româ in Syriam.]

Qui jurat non esse contra aliquem, potest in causis propriis & Ecclesie esse contra eum. Hoc dicit secundum intellectum glossæ.

Petitio vestra nobis exhibita, continebat quod Ecclesiâ Antiochenâ vacante principes Antiocheni, timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis juramentum extorsit, quod contra ipsum non essetis de cetero: [Et infra a.] Interpretatione congrua declaramus, vos juramento hujusmodi non teneri, quin pro iuribus & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiam specialibus vestris legitime defendendis contra ipsum Principem stare liberè valeatis, coercendo vos à machinatione duntaxat, per quam idem Principes deberet læsionem personæ, vel sui amissionem incurere Principatus.

XXXII. IDEM Archid. & Magistro G. Canonico Tullen. [c. an. 1220. Româ in Germaniam.]

Cum agitur de injuria, potest Judex in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus exigere à partibus juramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundum Panormitanum.

EX literis vestris accepimus, quod super causa usurarum vobis pro G. contra E. ab Apotolica Sede commissa non potuit per testes ipsius G. per te productos de fortis quantitate liquere, licet de obligatione pignoris consilietur, unde expedire videtis, quod exigatur de dicenda veritate à partibus juramentum, cum ex fama notorium habeatur prælatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata forem & amplius percipisse. Ne igitur ex hujusmodi juramenti defectu iustitia, occultata veritate, succumbat: mandamus, quatenus partes ad præstandum hujusmodi juramentum, per centuram Ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis.

XXXIII. IDEM. [c. an. 1220. Româ in Germaniam.]

Cum agitur de injuria, potest Judex in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus exigere à partibus juramentum de veritate dicenda. Et eadem ratione idem in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundum Panormitanum.